

fusca; area orificiorum metastethii albida; femoribus cum coxis nigro-fuscis vel fuscis, illis annulo infra basin albido, interdum apicem versus testaceo-variegatis, tibiis tarsisque testaceis, illis saepe inferne et basin versus fuscescentibus, spinulis brevibus pallidis, tarsis apice fusco. Long. ♂ 3, ♀ $3\frac{1}{2}$ — $3\frac{3}{4}$ mm.

Tokal, Key, 1 ♂, 2 ♀♀.

A *Pr. nigricorni* Reut. colore antennarum, pronoti et scutelli, vertice latiore, pronoto minus transverso, transversim fortiter rugoso, a *Pr. longicorni* Reut.¹⁾ antennis aliter coloratis et constructis pronotoque magis transverso mox distinguendus.

20. *Probosciodocoris ferrugineus* n. sp.

Obscure rufo-ferrugineus, superne leviter nitidulus, sat dense sed breviter aureo-pubescent, inferne pallidius, mesosterno medio fusco; ventre dense breviter subargenteo-pubescente; antennis articulo primo ferrugineo, secundo basin versus pallidius flavente, apicem versus ferrugineo, apice nigro-fusco (ultimi desunt); femoribus anticis ferrugineis, posterioribus pallide flaventibus, inferne maculis ferrugineis in series duas collocatis, apice late ferrugineo vel fusco-ferrugineo, tibiis rufo-ferrugineis, tarsis apice articuli ultimi cum ungviculis nigro-fuscis. Long. ♀ 6 mm.

Assinia, D. Ch. Alluaud; comm. D. Bergroth.

A *Pr. fuliginoso* Reut. corpore distincte latiore, colore, pubescentia brevior et obscurius aurea vel fere orichalcea, pronoto minus fortiter rugoso-punctato mox distinguendus. Caput (♀) vertice oculo circiter $\frac{1}{3}$ latiore. Rostrum basin terebrae feminae paullo superans, apice nigrum, articulo primo medium xyphi prosterni attingente. Antennae articulo secundo margine basali pronoti distincte paullo brevior. Pronotum (♀) basi circiter $\frac{1}{3}$ brevius, disco fortiter convexo-

¹⁾ *Charagochilus nigricornis* Reut., Öfv. Finska Vet.-Soc. F5rh. XLVI, N:o 10 (1904), p. 2, 2, c Congo species est hujus generis, ut etiam *Ch. longicornis* Reut., Ent. Tidskr. 1884, p. 196, ex insulis Nicobaribus.